

Caesar, BG, Buch 6 Kapitel 13, 5 – 8

Fiona Rosner

5 Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque  
constituunt, et,

6 si quod est admissum facinus,

si caedes facta,

si de hereditate,

de finibus controversia est,

idem decernunt,

praemia poenasque constituunt;

si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit,

sacrificiis interdicunt.

Haec poena apud eos est gravissima.

7 Quibus ita est interdictum,

hi numero impiorum ac sceleratorum habentur,

his omnes decedunt,

aditum sermonemque defugiunt,

ne quid ex contagione incommodi accipiant,

neque his petentibus ius redditur neque honos ullus  
communicatur.

8 His autem omnibus druidibus praeest unus,

qui summam inter eos habet auctoritatem.